

Oratio

- I. Communijs qtuor de Compendio ad Cyprianum
- II. M. Adamo Traverso i. de Rerum i. d. lib. centum
- III. Ch. de ...
- IV. Salomonis Alberti de h. d. re Civento.
- V. ...
- VI. ...
- VII. ...
- VIII. ...
- IX. ...
- X. ...
- XI. ...
- XII. ...
- XIII. ...
- XIV. ...
- XV. ...
- XVI. ...

EX LIBRIS
 ILLUSTRISSIMI VIRI, *Sc, 24*
 DN. DAN. LVDOLPHI,
 LIB. BAR. de DANCKELMANN,
 S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
 STATVS INTIMI, cetera,
 BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
 TESTAMENTO RELICTIS.

12
C O M M O N E F A
C T I O D E D I S C I P L I N A,
R E C I T A T A A M A G N I F I C O
R E C T O R E A C A D E M I A E V V I T E -
B E R G E N S I S.

C V M M A N D A T V M
I L L V S T R I S S I M I P R I N C I P I S,
D. A V G V S T I, E L E C T O R I S
S A X O N I A E, & c. P r o p o n e r e t u r
S c h o l a s t i c æ i u u e n t u t i

In Profesto Pentecostes.



19 13.

V V I T E B E R G Æ

Excudebat Matthæus Uelack.

Anno M. D. LXXVII.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to its lightness and the age of the paper.

Partial view of text on the adjacent page, showing some characters and a vertical line.



Instat, ut scitis, Festus
dies, quo memoria cele-
bratur operum diuino-
rum, fide, admiratione
ac celebratione dignissimorum.
Quorum alterum, ad Ecclesiam
veteris testamenti, quæ est Abrahæ
posteritas: Alterum ad cœtus sa-
cros, post natum Messiam, ex gen-
tibus perinde ut ex Iudæis, colle-
ctos, pertinet. Vtrumq; etsi in eun-
dem articulum temporis annui in-
cidit: Tamen diuersos fines atque
usus habet, quos ministerium ver-
bi, in saluandis necessario copulat.
Die enim quinquagesima, unde
festo huic nomen est, post glorio-
sam Ecclesie Iudaicae eductionem

A 2 ac li-

ac liberationem ex servitute atq;
exilio Aegyptiaco, & oppressionem
impii Regis atq; satellitii huius bla-
sphemi: Populus Israël ex man-
dato diuino primam Pentecosten
celebrauit, qua lex Dei in monte
Sinai, inter horribiles tempestates,
tonitrua, atq; fragores, voce de cæ-
lo sonante, promulgata est, audien-
te ac spectante multitudine homi-
num plusquam sexies centenorum
millium, inter scopulos & vastissi-
mas Arabiae solitudines tunc ob-
errantium.

Eodem die, post exactos annos
1542. Spiritus sanctus visibili
specie effusus est in Apostolos con-
gregatos Ierosolyma, & expectan-
tes vir-

tes virtutem cœlitus superuenien-
tem, qua induti, testes fierent pro-
missionum & miraculorum divi-
norum per orbem uniuersum.

Singulari autem consilio voluit
Deus congruere tēpora repetitæ le-
gis & missi Spiritus sancti, ut his
velut monimentis in oculos incur-
rentibus commonefacta posteritas,
certa esset omni tēpore, de præsentia
Dei in Ecclesia, et miranda huius
collectione ac protectione, de præ-
sentis vitæ atq; æternæ bonis: De-
niq; semper in Ecclesia sonare de-
bere, & vocem legis arguentis pec-
cata, & promissionem de gratia
& donatione Spiritus sancti. Cum
igitur hæc temporibus congruant:

A 3

Collatio

Collatio admoneat pios de diverso
fine actionis utriusq;. Ad vocem
legis inter fulgura & tonitrua ter-
ribilia sonantis in deserto, expavit
& horruit populus, quo significa-
tum est, naturam hominum ream,
non sustinere iram Dei, iudican-
tis & lege terrentis conscientiam.
Ad missionem Spiritus, non ex-
pauescunt aut consternantur Apo-
stoli, sed hoc leni ac salutari flatu
quasi renouati atq; animati, letan-
tur & exultant, ut magno animo
atq; gaudio, palam, & intrepidè so-
nent τὰ μεγαλῆα θεῶν, et Euangelii vo-
cem de Christo exhibito, crucifixo,
& resuscitato, omnibusq; benefici-
is huius, quæ non ad Apostolos so-
lum,

lum, sed & ad Ecclesiam omnium temporum pertinent. Eadem est enim concio legis, qua ad poenitentiam vocantur homines, & de iudicio diuino commonefiunt: Eadem est & Euangelii vox omnibus aetatibus, qua remissionem peccatorum annunciat cunctis, qui vera fide ad Mediatorem Christum confugiunt, et fidei suae omniumque virtutum incrementa, ac Spiritus sancti donum, piis votis atque suspiriis à Deo expetunt.

De his tantis rebus, cum incredibilem leticia exultet nunc Ecclesia caelestis, Deo gratias agens pro immensa ελεηθερωπια & misericordia sua: Ecclesia verò in his terris

A 4

adhuc

ad huc militans, repetat & inculcet
historiam utriusq; patefactionis:
sciamus à nobis singulis, qui et cœle-
stis agminis socii fieri, et in hac vi-
ta mēbra eius perhiberi volumus:
postulari seriò, ut abductis animis
ab omni profana cogitatione, et vi-
ta spurcicie, utramq; Pentecosten
in vera conuersione celebremus, et
colligamus testimonia diuina, quæ
timorem DEI atq; fidem in nobis
exuscitent, ac confirment, ut certò
statuamus singuli, ad nos pertinere
has patefactiones cœlestes, & be-
neficia Christi atq; Spiritus san-
cti, quem in corda nostra paracle-
tum mittit Filius Dei λόγος à pa-
tre, ut doceat, erigat, sustentet ac
consoletur

consoletur corda in veris doloribus, stabiliat & augeat languidam fidem, & efficiat in credentibus dilectionem atq; amorem Dei, & leticiam acquiescentem in DEO, Deniq; in omnibus arumnis atq; aditu mortis opitulantem infirmitati nostrae, & interpellantem pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Etsi autem nihil magis optamus, quàm ut in hac solenni festiuitate, quæ instat, vacare piis precibus ac meditationi tantarum rerum, cum publica tranquillitate atq; ocio, nobis liceat: tamen experimur, ingentium dolore nostro, festis potissimum diebus minimè ociosa esse Diabolorum agmina: quæ, cum odio

A 5 dio

dio Dei flagrent, & hominibus in-
uideant priuatam atque publicam
salutem, occupant et impellunt pra-
ua & secura ingenia, ut contraria
festis, pietati atq; religioni commit-
tant, & se polluant flagiciis, quæ
non solum indigna sunt professione
Christiana, sed cum autoribus ip-
sis, tum totis sæpè communitatibus
exitiosa. Quale id fuit, fœdum pro-
fectò atque abominabile exquisitæ
petulantia ac barbariei exemplum,
quod proximo Paschate in tumultu
illo Cynico usurparunt aliqui
è scholasticis nostris, in expugnan-
da ac diripienda domuncula, clara
luce, nihil prætermittentes vesani
atq; hostilis conatus, ut representa-
tam

tam fuisse imaginem vi capta ab
immanissimis hostibus aut latroni-
bus urbis alicuius diceres. Atque
haud scio, euentu ipso seu iactura
rerum, an omine magis commoue-
ri nos oporteat. Enormia enim fa-
cta, quibus disciplina honestas, &
ius gentium atrociter violatur, ferè
antecedunt publicas clades atq; exi-
tia. Non libet commemorare, quos
hi factiosi duces postea commilito-
nes seu discipulos reliquerint, &
quantam ad laxationem discipli-
nae publicae fenestram aliis, qui si-
mitem sibi tumultuandi licentiam
sumserunt, patefecerint, quaeq; ex-
empla petulantiae sint deinceps con-
secuta.

Hæc

Hæc domestica vulnera nostra,
cum ad cæteras temporum diffi-
cultates atque molestias, quas ipsa
mundi senectæ secum trahit, acce-
dant, ita nos perturbant atq; excru-
ciant, ut sensu doloris penè oppri-
mamur: Taceo, quod necessarios
labores, doctrinæ propagationi im-
pendendos, remorantur atque im-
pediunt: Animos docentium fran-
gunt, consilia turbant, rectosq; co-
natus debilitant.

Verè nunc illud tempus est, de
quo Propheta inquit: Angeli pa-
cis tunc amarè flebunt. Nam in
hac tristissima confusione orbis ter-
rarum, ac dissipatione gentium, &
interitu rerum bonarum omnium,
experi-

experimur singuli non prorsus stu-
pidi aut furentes, Reipub. & Ec-
clesiæ dolores esse valde sæuos atque
atroces, quos extremis & penè in-
tolerabilibus parturientium cruci-
atibus Oseas comparat. Urgent
omnino hanc postremam ætatem
pœnæ fatales, quæ interitum atque
consummationem huius vitæ mor-
talis, rerumq; omnium sunt alla-
tura: Sed, quod dolendum magis
est, accersunt hominum scelera &
furores, tristiora mala, quàm ver-
bis explicari queat, & cumulant
pœnas ante tempus: Deniq; acce-
dit Diaboli rabies, odio Filii Dei
sæuius ac pertinacius grassantis in
genus humanum & res diuinas,
cum

cum fremens instare sibi iudicium
& condemnationem videat.

His de causis ad quamcunque
Reipubl. partem oculos conuertamus, mala cumulari cernimus, ut
in summo discrimine versetur
niuersa. Imperium Romanum
quo redactum sit, ante oculos est,
& huius tamen misera reliquia,
quam agrè se tuentur? Quantum
de hoc auulsere nostra memoria
ad septentrionem Moschi, Liuoni-
am hodie quoque miserabiliter va-
stantes. Ab oriente potentia et im-
manitas Turcica, quam olim in
Asia, Græcia, aliisque florentissimis
regnis vastitatem fecit, eandem et
Germania nostra intentat: Et ex-
perta

perta est multos iam annos seuiti-
am & fortunam huius vicina no-
bis Pannonia. Nec verò unus tan-
tum Mahometicus gladius, sed &
alter Pontificius Ecclesiam oppu-
gnat, quæ inter hæc duo impia &
blasphema regna Antichristi, ve-
lut ovis inter lupos atq; aspides col-
locata, vim atque fraudes horum
quotidiè experitur. Ambo enim, ut
uno propemodum tempore orta
sunt, & paulatim confirmata ma-
ximis successibus, ita multis iam
seculis cumularunt ac stabilierunt
palàm blasphemias in filium Dei,
idola & scelera, non voce tantum,
sed & parricidiorum immanitate
horrenda & formidabili.

Cum

Cum his ἄσπονδον bellum gerit
Ecclesia, cætus exiguus, miser, or-
phanus, ærumnosus & lacer. presi-
diis & potentia orbatus, cuius ve-
rè est impar congressus cum tanto
hostium numero atq; robore. Etsi
verò castra horum Diabolo serui-
unt, & huius ope fulciuntur ad
tempus: Tamen, proh dolor, Eccle-
sia quoque non est ἀναμάσθηται, sed
sunt huius quoque peccata, et nu-
mero plurima, et magnitudine non
extenuanda, quibus irritari aduer-
sus hanc iram Dei, & pœnas at-
trahi multis gentibus fatendū est.
Neq; enim illa neuis tantum leui-
bus est deformata, sed dissidiis con-
uulsa domesticis, & confusionibus
atq;

atq; morbis intestinis penè immedi-
cabilibus indies magis magisque
conficitur, ut quam de salute huius
spem bonam concipere possimus,
prorsus non videamus.

Quid dicam de cæteris Europa
colonis? Italiam & Hispaniam
sua urgent fata, ubi errores bla-
sphemi in Deum sanguine scriptis
decretis stabiliuntur. Gallia, pro-
pter easdem causas, multis iam
annis ardet domesticis dissensionibus:
Belgicum verò his ipsis ma-
lis penè conflagravit. Inter Borus-
sos & Polonos quæ exarserunt o-
dia, latè comprehensura & inuo-
lutura esse vicinas gentes, atque a-
deò, nisi diuinitus repressa atq; se-
data

B

data

data fuerint, patriam quoque nostram videntur. Quàm tristia sunt iudicii diuini testimonia, quod duo nobilissima Europaemporia, in quibus securitas, luxus, auaritia & libidinum tetra confusiones regnabant, eodem anno, alterum pestifera lue, alterum horrenda direptione deuastata sunt? Turcæ, etsi inducias octo annorum renouarunt, tamen, more suo, non deerunt occasionibus excurrendi, agros atq; oppida vicinorum depulandi. Id verò nuncium quàm funestum est atq; ominosum, quod de Canisia, munitissimo Imperatoris nostri castro ad Stiria fines, certò perscribitur, subita atq; improvisa, pe-

sa, peneq³ intempestiua initio Ve-
ris tempestate, arcem eam fulmine
dirutam esse in momento, atq³ solo
propè equatam, ex inflammato pul-
uere bombardico, qui & edificium
funditus euertit: Et strenuorū ac no-
bilissimorum virorum, et honestissi-
marum matronarum atque virgi-
num circiter sexaginta corripuit,
suffocauit, & miserabiliter discer-
psit.

Hæc atque alia innumera sunt
argumenta iræ DEI aduersus
peccata nostra, & paulatim appro-
pinquantis finis & πανολεθρίας mun-
di uniuersi, in quibus nihil est om-
nium, quod diuturni status, vel
tranquillitatis & salutis spem fa-

cere possit considerantibus. Ac nimis sanè multæ sunt causæ aliæ, quæ spem eam, si quæ superesse posset, omnem tollunt, & mœrorem ac solitudinem insuper afferunt bonis mentibus peracerbam. Furor, leuitate, malicia, petulantia, suspicionibus, ferocia, iniusticia, fraudibus, odiis, maleuolentia, referta sunt omnia, & vulgò neque virtus neq; fides colitur, neque veritas & rectum queritur. Inter hæc igitur si qui securis atque ociosis animis aut ludos agunt, aut somnia secuturi aurei cuiusdam status circumferunt, & sibi ea spe blandiuntur, ut voluptates tantum, earumq; instrumenta sectentur, & genio liberius

berius indulgeant, ea quæ foris do-
miq̃ geruntur, ad se nihil pertinere
existimantes: tales sapiens medi-
cus Hippocrates affirmat mente
egrotare, qui morbum atque dolo-
rem in parte aliqua corporis non
sentiunt: Atq̃ esse id in morbo
signum letale, quod hunc immedi-
cabilem fore denunciet.

Toties iam testati sumus palàm,
et de nostra in rem literariã volun-
tate, studio, opera, fide, cura et soli-
citudine diurna nocturnaq̃: Scho-
lasticos etiam sui officii cōmonefe-
cimus, & voce & scriptis, penè ad
tædium usq̃. Sed quantum profe-
cerimus hætenus apud indomita
atque effera quorundam ingenia,

B 3 quibus

quibus nostræ conciones velut an-
serum inanes sibi videntur, res
ipsa nimis sanè crebris contumaciæ
aduersus Magistratum atq; edi-
cta huius, exemplis docet: Quæ
non solum ab infirmitate quadam
humana proficisci, sed à Diabolo
instillari profanis mentibus, credi
potest. Neq; enim à Spiritu san-
cto, qui autor est pacis, mansuetu-
dinis, castitatis & humilitatis, sed
ab impuro & maligno Spiritu, qui
seditionum & confusionis archite-
ctus est, & turbare omnia in gene-
re humano, & imis summa misce-
re conatur, tales agitari, opera ipso-
rum testantur.

Cyclopem pingit Homerus ma-
gna

gna audacia & fastu ridentem
Jovis fulmina, & pœnas. Sed su-
perat Cyclopum barbariem huius
etatis fastus, insolentia, prauitas et
ferocia, quæ in multorum moribus
conspicitur, atque adeò in hoc ipso
cœtu nostro, quem literæ humanio-
res, à feritate ad mansuetudinem,
si eò, quo par est, studio colerentur,
traducere poterant. Quid enim ha-
tenuis à multis tentatum sit, nimi-
um & nobis, & Principi nostro
clementissimo innotuit, qui cum
summis et grauissimis non sui tan-
tum territorii negociis occupetur,
sed & imperii totius molem penè
vnus inter cæteros Septemuiros
hodiè sustineat & fulciat, ex nulla

B 4

tamen

tamen re maiorem capit molestiam, quam ex turbulentis quibusdam negociis, quæ proximis annis hæc schola ipsi suppeditavit difficilima, & creberrima. Defatigata igitur Celsitudo ipsius tot querelarum odiosissimarum interpellatione, cum animadvertat nostram iurisdictionem propemodum non sufficere, compefcendis autoribus tumultuum et grassatoribus, qui nulla habita vel edictorum nostrorum, vel periculi sui ratione, turbare quietem publicam non desinunt, suam autoritatem, pro pia affectione erga nos, & sollicitudine paternâ, interponere non dubitavit, eaq; Mandata ad magistratus huius oppidi

oppidi singulos dedit, ac proponi
publicè voluit, quæ munire pacem
et tranquillitatem scholæ atq; op-
pidi huius posse, visa in præsentia
fuerunt. Ea nunc non solū recitari,
qua decet reuerentia, audiatis, sed
et operam detis, ut Illustrissimi
Principis Electoris, patris patriæ,
et nutritiæ Ecclesiæ ac scholæ hu-
ius, expectationi ac voluntati, ve-
stra respondeat obedientia, mode-
stia, pietas atque studium virtutis
et doctrinarum. Sic enim statui-
te, non eò rem perfici, si audiantur
saltem cohortationes utiles, et co-
gnoscantur præcepta virtutis, sed in
exequendo et præstando, laudem
præcipuam esse positam. Ut enim

B 5 agrotus,

agrotus, nisi pareat, non sanatur
quantumvis salutaribus consiliis
periti medici: Ita non auditores
laudem & decus reportabunt, sed
qui se, & vitam suam ad salutare
huiusmodi subiectiones institue-
rint. Quare uniuersis Iurisdictioni
nostræ scholasticæ subiectis se-
uerè precipimus, ut & his manda-
tis reuerenter obtemperent, & alios
quoq; ad simile studium cohorten-
tur: Inprimis verò his festis diebus
modestè regant mores, vitent con-
uiuia & compotationes centauri-
cas, et quæ ex his oriri solent, cõten-
tiones, vociferationes, digladiatio-
nes atq; tumultus nocturnos, deni-
que ea omnia, quibus invocatio &
pia

pia intentio impeditur ac turbatur.
Cogitate mœstissima hæc, & con-
fusionum ac distractionum plenif-
sima tempora vos monere, ut mo-
destia ac pietati studeatis. Ut enim
omittam nunc alias presentium et
impendentium malorum causas,
quas enumerare & longum esset
atq; odiosum: Permittit Deus in-
dies fieri asperiora tempora, ut ve-
ternum illum securitatis, quo hæc
etas velut oppressa iacet, nobis ex-
cutiat, nosq; exuscitet, ut in peri-
culis maiore ipsum vigilantia atq;
ardore invocemus, sicut scriptum
est: Angustia clamoris discipli-
na tua est eis. Nec dubium est,
Deo vehementer displicere, non so-
lum

lum manifestum disciplina con-
temptum, sed & securitatem atq;
ἀναλγησίαν eorum, qui nunc Ecclesie
calamitatibus et periculis non mo-
uentur, sicut in Amos tristissima
voce inquit Dominus: Væ illis,
qui nihil patiuntur super contritio-
ne Joseph.

Nunc igitur, qua sit Illustris-
simi Principis Electoris nostri
sententia & voluntas severissima,
cognoscite. Faxit autem Filius
Dei, Dominus noster Jesus Chri-
stus, qui unus omnium mederi
vulneribus nostris rectissime po-
test, ut oculo videnti, auris libenter
prompteq; auscultet, & optimis
consiliis respondeant exoptati atq;
salutares

salutares euentus, ut inter nos, vo-
ce incorrupta doctrina, deinceps
quoq; in pia animorum consensio-
ne & studio pacis, colligatur &
seruetur semen sanctum, quod et in
hac vita ipsum rectè agnoscat, &
in omnem aeternitatem, sine fine
celebret, sine fastidio amet,
sine fatigatione
laudet.

D I X I.


RECITA M A N-
D A T V M.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

D I X I

R. F. C. T. N. G. A. W.
G. A. T. V. M.





Ca 692

ULB Halle
004 953 673

3



TAOC



B.I.G.

Farbkarte #13

12
C O M M O N E F A
C T I O D E D I S C I P L I N A,
R E C I T A T A A M A G N I F I C O
R E C T O R E A C A D E M I A E V V I T E
B E R G E N S I S.

C V M M A N D A T V M
I L L V S T R I S S I M I P R I N C I P I S,
D. A V G V S T I, E L E C T O R I S
S A X O N I A E, & C. P r o p o n e r e t u r
S c h o l a s t i c a e i u u e n t u t i

In Profesto Pentecostes.



19 13.

V V I T E B E R G A E

Excudebat Matthæus Uuelack.

Anno M. D. LXXVII.

